Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

3 At ipsa de omnibus publicas ad scholas accedant, Ciceronis ætas audiat
his studeant, hæc sibi familiares efficiant faciant, bibant edantq;
in illis. Cum eos suppeditet, hæc legant, hæc et loquendo et scribendo
semper imitari nitantur. Maiori etiam cura Crispum Sallustium
historiæ principem in manibus habeant, fœcunda amplectantur.
Nam in nobilium virorum eorum, et illustrium gestis, ob utiles
et verbis rig sententiis multum eis honoris et laudis afferet.
Livium quoq; placeat et reliquos historicos non erit inutile. Sed
omnes familiares habere minime possumus, sicut nec hæres.
Nam amicos complures, familiares autem paucos habemus.
Illud tamen ex multorum editione licet fieri. Nam
ipsorum ex tuis studijs, si bona ita fuerint, meliores; si
mali, deteriores fiant necesse est. Maxima vero vis
agendi habitu facile vincit, et nihilominus magnis labo-
ribus, summis vigiliis, extremis denique difficultatibus conqua-
rat. Quod si nihil aliud, hor dum saltem a studio com-
modum habemus, ita dum ei attenti simus, a quamplurimis
rebus abstinemus, quas aut sine turpitudine cogitare, aut
recordari absq; magno dolore non possumus.

De ludis adolescentiæ.

Huiusmodi præterea etiam alios etiam ludos post talem talem
literarum operis meditationem, longe quidem a prioribus distantes,
remissionis gratia existimandos existimo, ut pila, arcu,
sagittis, gladiis, talis, et nobilium hominum et virorum familiarum
mos summa in laude celebratur. Præmia vinentibus ponuntur.
Sæpe et gladiis insignes fiant. Equitent aliquando, et venationes
ament, hæc quidem generosis viris signa fuerunt. At
choreas ducere, psallere, tesselis ludere (nisi ad primum
accommodatum) hor temporum, hor plebeiorum sit. Nam et
vitia et ignavia ex musica, præsertim hor temporum exoriri
solent. In primisq; cavendum est, ne in muliebribus puer
frequentet, aut in illis sæpius edant, sed ne molles fiant
apud eas diu versetur. Nam in iuvenilis cordis libidinibus
gremio assuetus, et vinum et illi sedulitas quædam impudens
amoris et benevolentiæ affert incrementum. Præterea nunquam